

## Oorkonden 124 - 718 Sjef Driessens januari 2017

Overgenomen uit Oorkondenboek Noord Brabant van Drs. Camps periode tot 1312 en er is gebruik gemaakt van Digitaal Oorkondenboek Noord-Brabant.

Vertaald zijn reeds de oorkonden nr. 68 1172; nr. 87 1197; nr. 88 1197; nr. 104 1210; nr. 105 1211; nr. 117 1220; nr. 118 1220. De niet vertaalde oorkonden zijn hier opgenomen met betrekking tot Sterksel en Averbode; ook enkele oorkonden van naburige dorpen zijn opgenomen.

1223 124 Woudrichem

Richardis, abdis van het Cistercienserinnenklooster te Roermond, oorkondt dat Diederik, heer van Altena, zijn eigendom in de curtis Heugten met alle toebehoren {met het Latbroek} geschenken heeft aan dit klooster.

### Diplomatiche kritiek

De passus cum integro spatio Latbroec et suis prediis, pascuis, pratis et iuribus seu pertinentiis universis iacentibus ab alia parte aque vel rivi defluentis ab ipso molendino versus curtim Hoeght is klaarblijkelijk geïnterpoleerd. Niet alleen ontbreekt deze passus in B, maar hij maakt ook in het zinsverband de indruk van een toevoeging. In het Latbroek, dat volgens de hierna onder nr. 301 afgedrukte oorkonde d.d. 4 mei 1266 gelegen was bij Sterksel, aan de overzijde van de Sterkselse Aa, had de Munsterabdij in de 13e eeuw nog geen rechten. Het behoorde toen aan de abdij Averbode. Ook de hierna onder nr. 130 vermelde oorkonde d.d. 17 fébr. 1225, waarin als een der begrenzingen van de curtis Heugten een punt wordt opgegeven halverwege tussen het Latbroek en Maarheze, bewijst dat het Latbroek toen niet tot het areaal van deze curtis behoorde. De interpolatie, alsook de hierna nr. 126 afgedrukte valse oorkonde van paus Honorius III staan blijkbaar in verband met een langdurig geschil tussen het dorp Someren en de Munsterabdij over het Latbroek, dat in 1358 uitbrak en eerst op 18 mei 1386 definitief (in het voordeel van de abdij) geregeld werd<sup>1</sup>. De interpolatie in de onderstaande oorkonde moet, blijkens het onder C genoemde vidimus vóór 1378 zijn aangebracht en vermoedelijk niet lang te voren. Zie ook de aantekening bij nr. 126.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Richardis Dei permissione abbatissa in Ruremunde notum facimus omnibus tam presentibus quam futuris presentem paginam insipientibus quod dominus Theodericus nobilis vir de Altena proprietatem quam habet in curti Hoeght c , quam curtim Reynard de Hese vir nobilis a predicto Theoderico in feodo tenuit, cum omnibus eidem curti attinentiis , in agris, in nemoribus, in pascuis, in pratis, cultis et incultis, in molendino et piscationibus (cum integro spatio Latbroec h et suis prediis, pascuis, pratis et iuribus seu pertinentiis universis iacentibus ab alia parte aque vel rivi defluentis ab ipso molendino versus curtim Hoeght) ecclesie in Ruremunde et sanctimonialibus in ea Deo servientibus donavit perpetuo possidendam. Quia vero ordo noster exemptus est a minuta décima et a novalium\* decimis solvendis, ecclesia prefata solvet singulis annis capelle in Marresia"1 l" fertonem ad omnem errorem et querimoniam suffocandam.

Facta autem sunt hec in Wolderinkem, anno M° CC° XX0 IIlop, presentibus idoneis viris Th(eoderico)" abbe Bernenser, Gerardo comité Gelensi, Theoderico comité de Cleve', Florentio comité Hollandie, quorum sigillis ad robur eternum" presens pagina roboratur, et prefato Th(eoderico) et Godescalco v preposito et

Ar(noldo) Wiscardo w et Woltero et Henrico de Borch et aliis quam pluribus viris  
bonis et devotis.

1224 februari 9 126 (Lateraari)

Paus Honorius III bevestigt de abdis en het convent van het Cistercien-serinnenklooster te Roermond in het bezit van haar verkregen en te verkrijgen goederen, in het bijzonder de curtis Heugten met het Latbroek}.

#### Diplomatische kritiek

Dit stuk kan in zijn geheel als een falsum worden beschouwd. In beide cartularia van de Munsterabdij ontbreekt het. Dat de woorden cum integro spacio Latbrock et pertinenciis suis universis niet in een echte oorkonde kunnen hebben gestaan, is bij nr. 124 aangetoond. Als voorbeeld is de oorkonde van paus Honorius III voor 15 de Munsterabdij d.d. 9 febr.1221 gebruikt, welke afgezien van de goederenlijst en het pontificaats jaar woordelijk gelijk is aan de onderhavige. Er is stellig relatie tussen de onderstaande tekst en de interpolatie in de oorkonde onder nr. 124, maar het is niet uit te maken, welke van beide de oudste is. Vermoedelijk liggen zij chronologisch niet ver van elkaar.

Honorius episcopus, servus servorum ei, delictis in Christo filiabus abbatisse ac  
conventui monasterii de Ruremunde Cisterciensis ordinis Leodiensis dyocesis salutem  
et apostolicam benedictionem.

Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis potentium precibus favorem  
benivolum impertiri.

Eapropter, dilecte in Christo filie, vestris precibus inclinati, personas vestras et  
locum in quo divino vacatis obsequio cum bonis omnibus que in presentiarum rationa-  
biliter possidet aut in futurum iustis modis prestante Domino potent adipisci, sub  
beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem curtum Hoichten cum  
omnibus eidem curti attinenciis, in agris, in nemoribus, in mericis, in pratis, cultis et  
incultis, in molendino et punctionibus, cum integro spacio Latbrock et pertinenciis  
suis universis, sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis vobis et per vos monasterio  
vestro apostolica auctoritate confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.  
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmatio-  
nis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presump-  
serit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se  
noverit incursum. Datum Laterani, quinto idus februarii, pontificatus nostri anno octavo.

1225 februari 17 130

Johannes van Moers, prior, Hendrik Taetzen, rentmeester, en Peter,  
kapelaan van het Cistercienserinnenconvent te Roermond, enerzijds,  
Engelbert Snellen, rentmeester van de heer van Altena, Jan Borckelman  
en Hein Vutten Broick, laten van de hof te Heugten, anderzijds, geven  
een omschrijving van de grenzen van die hof.

Want dit guet Hoechten tot Wolrichym in presentie der dryer greven, her Dederix  
van Altena myt meer anderen inden principalen brieff benoempt gegeven in di brieff  
dair gemaickt, buyten lantz besegelt 1 , dair umb die reymgenoeten nyet all inden brieff  
specifield staen, umb dan alle erroren to extingweren hebben wyr anno M CC XXV  
opten seventhienden dach des maent februari] onsen prior her Johannes van Moers  
unde onsen beweerre off ryntmeyster Henrick Taetzen und her Peter capellaen, gesant

by den ryntmeyster des heren van Altena, genoemt Engelbert Snellen unde sijn te samen gereist tot Hoeghten by Jan Borckelman unde Heynen Wtten Broick, laten der hoven tot Hoighten, unde hebben te samen die paelen reymgenoeten mallickanderen gewesen, omgangen ind benoempt, ut sequitur bescreven :

Item, yerst aen reymende tegen die toym boven den hoeven beneden den leym-kuylen, soe den vaerwech op bis eyn roede placken boeven dat Bieskens venne bis in dat Kemerken dat recht tegen des Kemerkens venne ligget bis opten halven wech der van den Latbroick tot Maris geit; van dair XII of XIII voet buyten o m dat Hoenre venneken bis opten langen pael dair die van Leent oich aen palen ; van dair op Eycker broick bis in die Aa, alle die Aa op bis aen die Hoechtenre moeien ; vander moeien op die moeien eyck dat broick lanx bis tegen die cruytz eyck dair dry lantz heren aen plegen te paelen; van dair lanx dat broick beneven den hoeven bis tegen die toym.

1239 mei 30 188 Lateraan

Paus Gregor Ius IX neemt de abdij Averbode onder zijn bescherming en bekrachtigt alle schenkingen die aan de abdij zijn gedaan of zullen gedaan ſo worden (waaronder het patronaatsrecht van Mierde de kerk van Sterksel en de hof van Tulden.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis fliis abbati monasterii sancte Marie Auerbodiensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ius patronatus ecclesie de

Mirda, , ecclesias de Stercsele, , curias cum omnibus pertinentiis suis de Tuldele, .

Ego Gregorius, catholice ecclesie episcopus, subscripsi.

Datum Laterani per manum fratris Iacobi de ordine fratrum Predicatorum, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, III kal. iunii, indictione XII a , incarnationis dominice anno M° CC° XXX° Villi, pontificatus vero domni Gregorii pape Villi anno tertiodecimo.

1245 213

Engelbert van Hom oor kondt dat hij er borg voor gebleven is dat Hen-drik van Mierlo c.s. de tiende van Sterksel, aan de abdij Averbode verkocht, zouden overdragen, hetgeen inderdaad gebeurd is, en dat niemand de rechten van de abt en het convent van Averbode redelijker-wijze kan betwisten.

Universis presentis litteras inspecturis Engelbertus de Horne salutem in Domino.

Novitus quod, cum Henricus de Mirde miles omnem decimam quam apud

Stercsele habuerat viris religiosis abbati et conventui Averbodiensibus vendidisset, nos pro eodem milite cavimus in hunc modum quod idem H(enricus) cum heredibus suis et uxor sua cum suis similiter heredibus et omnibus qui aliquid iuris in eadem décima habuerant vel habere videbantur ad opus dictorum abbatis et conventus illud guer-pirent, renuntiarent, effestucarent; quod et fecerunt, nichil pretermittentes, sed omnia legaliter adimplentes que in venditionibus et effestationibus Henricus de Waderle miles sententia curie domini ducis Brabantie, a qua didicerat, presentibus hominibus eiusdem domini ducis et eidem sententie concordantibus debere fieri iudicavit, nobis

etiam et scabinis de Endouen et multis aliis bonis viris qui nobiscum una intererant concordantibus sententie prelibate. Protestamur autem quod super dicta décima sepedictum abbatem cum suo conventu nullus decetero rationabiliter poterit infestare.

In cuius rei testimonium présentes litteras ad petitionem partium sigillo nostro fecimus roborari.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo XL quinto.

1246 [april 6 -1247 maart 30] 224

Maria, gewezen keizerin, dochter van de hertog van Brabant, oorkondt dat zij ter zake van een geschil tussen haar lieden van Helmond en de abdij Averbode aangaande het Latbroek, gelegen bij de curia Sterksel, een onderzoek heeft laten instellen, dat heeft uitgewezen dat deze curia met het Latbroek binnen omschreven grenzen aan de abdij Averbode als allodiaal goed toebehoort.

Maria Dei gratia quondam imperatrix Romanorum, filia ducis Lotharingie et Brabantie, universis présentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Cum inter ecclesiam Auerbodiensem" ex parte una et homines in dominio nostro de Helmont constitutos ex altera super palude que dicitur Latbroek c iuxta curiam de Stercseler et lignis et pascuis eiusdem paludis a terminis dictis Hogetenrade e usque Honrebom, ab Honrebom usque Scoreken et a Scoreken usque Hogete ten rade et super aliis bonis que infra dictos terminos continentur dissentio orta esset, super premissis inquisitionem fecimus diligentem, et per litteras capituli et custodis maioris ecclesie Leodiensis et inclite recordationis H(enrici) Dei gratia ducis Lotharingie et Brabantie patris nostri necnon et nobilis viri Herberti domini de Hese, quas super hoc confectas fide vidimus oculata, et per seniores dominii nostri predicti et fide dignos ad hoc vocatos pariter et iuratos in rei invenimus veritate curiam de Stercsele cum omnibus bonis infra terminos prescriptos existentibus cum omni proprietate esse ecclesie Auerbodiensis allodialiter et absolute et nullum quicquam iuris habere in curia et bonis supradictis prêter ecclesiam memoratam.

In cuius rei testimonium présentes litteras sigillo nostro fecimus roborari.

Datum anno Domini M°CC°XL° sexto.

1253 253

Reinard, heer van Heeze, oorkondt dat door tussenkomst van de heer van Altena een overeenkomst is gesloten tussen hem en abdij van Averbode met betrekking tot rechten die door hem aan Lambert Robart voor een aantal jaren waren afgestaan en die door deze aan de abdij Averbode waren geschenken.

Ego Reinardus dominus de Hese notum facio universis présentes litteras inspecturis quod ego vendidi Lamberto dicto Robart, oppidano de Indove, ad novem annos decern solidos coloniensium qui michi in Hese solvebantur, percipiendos ab eodem a tribus meis mansionariis annuatim. Vendidi eciam eidem L(amberto) 5 omnem decimam de terra Walteri dicti Hov et Waltgeri ad terminum prenotatum, sicut in littera super hoc confecta plenius continetur. Processu vero temporis eidem Lamberto vendidi quinque marcas ad octo annos et accipendas in festo beati Martini a mansionariis meis in Hese annuatim, et omnem decimam de Hese possidendum ab

eodem L(amberto) quatuor annis, super quo similiter litteram meam dedi.  
Predictus vero Lambertus hec omnia que suprascripta sunt, sicut a me compara-  
verat, abbati et conventui de Auerbodio coram scolteto et scabinis de Indove contulit  
in elemosinam absolute. Quod cum perceperissemus et super hoc michi timerem, a  
domino de Althena consilium requisivi, cuius auxilio et consilio inter me ex una parte  
et abbatem et conventum de Auerbodio ex altera taliter est ordinatum, quod omnia  
suprascripta que Lambertus a me comparaverat et predictis religiosis contulerat michi  
libere remanerent et predicti religiosi dicte elemosine renunciarent penitus, sub tali  
forma quod idem religiosi, id est abbas et conventus de Auerbodio, decimam meam  
de Lieende, quam a me cum Lambertus suprascripto de consensu filii mei Herberti ad  
sex annos comparaverant, quorum annorum duo transierant, transactis quatuor annis  
qui de sex annis supererant immediate octo annis libere et integre possiderent.  
Hec autem omnia sic esse sicut in presentibus continetur promisi coram domino  
de Althena et coram abate Auerbodiensi et coram multis aliis bonis viris me coram  
scolteto et scabinis de Indove publice professurum.  
In cuius rei testimonium presentem litteram abbati et conventui de Auerbodio  
contuli, sigillo meo proprio sigillata.  
Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo tercio.  
1262 januari 17 283 Luik

De officiaal van Luik, Arnold van Gent, uitspraak doende in het proces  
tussen het Cistercenser innenklooster van Roermond en de gemeente  
van Leende over het bezit en het gebruik van goederen te Heugt en,  
gelast de gemeente het klooster in het ongestoord bezit daarvan te laten  
en veroordeelt haar tot schadevergoeding en de kosten van het proces.

In nomine Domini, amen.  
Universis presentes litteras inspecturis magister Arnoldus de Gandavo officialis  
Leodiensis salutem in Domino sempernam.  
Noverit universitas vestra quod, cum religiose persone abbatissa et conventus beate  
Marie in Ruremunde Cisterciensis ordinis communitatem ville de Lieiend" coram  
nobis traxissent in causam, petitionem suam contra eandem ediderunt in hunc modum:  
Officialis! Dicunt abbatissa et conventus beate Marie in Ruremunde Cisterciensis  
ordinis contra communitatem ville de Leiende" quod, cum ipsi abbatissa et conventus  
fuissent et sint in possessione bonorum de Hoechten , videlicet spatio longi temporis  
quod ad legitimam prescriptionem sufficere debet, que bona consistunt in nemore,  
pratis, agris cultis et in cultis et aliis et eadem possederint tamquam sua, predicta  
communitas ipsos abbatissam et conventum super dictis bonis ipsorum indebit  
molestant spoliando eosdem bonis predictis, abscondendo arbores in nemore  
ipsorum, arcendo nuncios ipsorum abbatisse et conventus ibidem deputatos ex  
parte ipsorum abbatisse et conventus in preiudicium ecclesiastice libertatis et contra  
voluntatem ipsorum asportando , dampnificando" dictos abbatissam et conventum  
de bonis suis predictis usque ad quadraginta marchas coloniensium vel' amplius,  
nee ipsos adhuc de dictis bonis gaudere pacifica possessione permittunt. Que bona  
sita sunt iuxta locum qui dicitur Inslachk prope vallem que dicitur theutonice Riß;  
de quibus etiam parati sunt facere ostensionem, si fuerit necesse. Unde, cum ipsa  
communitas non curet desistere a predictis, predictasque quadraginta marchas  
coloniensium pro fructibus et dampnis dictorum bonorum ab ipsa perceptis et  
asportatis et in quibus sunt dampnificati abbatissa et conventus ab ipsa communitate  
ipsis reddere contradicunt, cum hoc indebit fecissent, petunt antedicti abbatissa et  
conventus a vobis, domine officialis, ut cum vobis legitime constituerit de premissis  
vel de hiis que ad hec' sufficiunt", dictos homines communitatis et ipsam communi-  
tatem ad hoc sibi" condemnari et compelli ut quadraginta marchas coloniensium  
pro fructibus predictis et dampnis illatis ipsis reddant et restituant et quod in posterum  
pacifica possessione ipsos abbatissam et conventum gaudere permittant, ipsosque ad  
hoc similiter condemnari ut pro tanta iniuria de triginta marchis coloniensium ipsis  
satisfacient competenter, cum maluisserent potius perdidisse de suo proprio triginta  
marchas quam sustinuisse0 premissa ab ipsa communitate sibi indebit illata, taxa-  
tis tione vestra super hoc, domine officialis, précédent. Hec dicunt et petunt salvo iure  
addendi et ceterap, ita tamen quod valeant eis de premissis probata sive probatum  
ac si plura non proposassent, cum se non astringant ad omnia probanda, sed ad ilia  
probanda que probare poterunt de premissis.

Lite igitur super premissis legitime contestata prestitoque a predictis partibus calumpnie sacramento, factis positionibus et responsionibus ad easdem" secutis sub debito prestiti iuramenti, productis' testibus ex parte ipsorum s' abbatisse et conventus predictorum et eisdem secundum morem recipiendorum testium receptis, iuratis et diligenter examinatis eorumque depositionibus rite publicatis, data copia dicendi in' testes et dicta eorum", parte dicte communitatis nichil contra dictos testes probante quod ipsum testimonium impediret, sed postmodum non nulla facta per modum exceptionum peremptoriarum proponente, que omnia per diversas interlocutorias" reprobata fuerunt, die autem ad concludendum in dicta causa assignata pars dicte communitatis quoddam factum per modum exceptionis peremptorie proposuit in hec verba :

Officialis! Die assignata ad w concludendum in causa que vertitur coram vobis\* inter abbatissam et conventum de Ruremunde Cisterciensis ordinis ex una parte et communitatem ville de Liende y ex altera dicit et proponit dicta communitas excipiendo peremptorie ad hunc finem: ut dictis abbatisse et conventui silentium super petitione sua imponatur, quod ipsa communitas est et fuit et extitit spatio sexaginta annorum et amplius in possessione utendi fruendi in nemore et rebus aliis, super quorum possessione dicti abbatissa et conventus dicunt se esse inquietatos per dictam communitatem per hoc quod dicunt dictam communitatem arbores putasse et talia fecisse. Ex quo sequitur quod, cum ipsa communitas per tantum temporis nee vi nee clam nee precario usa sitōb tali Servitutecc, non posse modo dici quod ipsa plitando arbores et similiadd faciendo possessionem dictorum abbatisse et conventus inquiétât, cum servitusee de iure beat videri per lapsum tanti temporis imposta et nemini debeat dici ipsa communitas iniuriam facere, quod x / iure suo usa est et utitur. Ea enim que factih sunt, vel ex eis quod sufficiat, offert se probaturam dicta communitas, si a parte adversa fuerint inficiata, et petit admitti ad probandum.

Cumque nos predicto facto nec approbato nec reprobato ipsi communitatii dilationem ad probandum, si posset, factum huiusmodi dedissemus, sepedicta communitas non solum in probatione antedicti facti defecit, verum etiam die ad concludendum precise in causa predicta assignata nec per se nec per procuratorem comparuit coram nobis. Parte dictorum abbatisse et conventus per procuratorem idoneum sufficienter comparente et quod procederemus in causa ut dies desiderabat cum instantia postulante nos ex abundanti partem dicte communitatis vocari fecimus in" audientia publica, sed cum nec sic aliquis pro ipsa communitate"" compareret, partem alteram admisimus ad concludendum in causa. Diem demum ad sententiandum in causa predicta feriam secundam post octavas epiphanie Domini assignavimus, ad quam diem partem dicte communitatis specialiter fecimus evocari. Qua die parte sepedictorum abbatisse et conventus per procuratorem suum sufficienter comparente et sententiam fern' instanter petente, parte dicte communitatis se per contumaciam absentante nos contumacis partis absentia divina repleta presentia, visis actis et instrumentis partium predietarum et eis diligenter examinatis omnibusque rite peractis, habita etiam penes nos plenius" deliberatione secundum ea que vidimus et cognovimus dictam communitatem et homines eiusdem dictis abbatisse et conventui (iniuriam fecisse)"""", ut"" eosdem abbatissam et conventum pacifica possessione dictorum bonorum in petitione supradicta contentorum de cetero gaudere permittant et ipsis pro dampnis ante item motam illatis viginti marchas coloniensium reddant et restituant ac eisdem pro iniuria ad 00 viginti marchas coloniensium satisfaciant taxatione a nobis prehabita pp per diffinitivam sententiam condempnamus, dampna insuper post item motam ipsis abbatisse et conventui a communitate seu hominibus de communitate predicta in premissis bonis illata et ex officio nostro petita ac expensas predicte litis eisdem abbatisse et conventui per sententiam adiudicantes, eandem eorundem dampnorum et expensarum taxationem nobis nichilominus reservantes.

In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem présentes litteras sigillo officialitatis curie Leodiensi fecimus communiri.

Actum et datum in pleno consistorio Leodiensi, feria tertia post octavas epiphanie Domini, anno eiusdem millesimo ducentesimo sexagesimo primo.

1263 februari 2 287

Willem van Leuven, klerk en notarius van de hertogin van Brabant,  
vidimeert drie oorkonden voor de abdij Averbode, te weten van 1172 is  
(zie nr. 68), mei 1220 (zie nr. 117) en 1246 (zie nr. 224).

Ego Willelmus de Louanio, clericus et notarius domine ducisse Brabantie, protestor  
me vidi litteras domini ducis, domine Marie quondam Romanorum imperatricis,  
domini Herberli domini de Hese, non cancellatas, non abolitas neque in aliqua parte  
sui viciatas, in forma subscripta: (volgen de drie oorkonden in de volgorde: mei 1220,  
1246 en 1172).

D a t u m per copiam anno Domini M° CC sexagesimo secundo, in purificatione  
beate Virginis.

1266 januari 5 299

De scheidslieden benoemd door de drossaard van Brabant en de herto-  
gin ter zake van het geschil tussen de abdij Averbode en die van Helmond  
en Someren over de Latbroek (onder Sterksel) verklaren dat zij na  
ampel onderzoek bevonden hebben dat de hof van Sterksel met alle  
toebehoren aan de abdij in volle eigendom behoort.

Universis presentes litteras inspecturis et audituris frater Iohannes preceptor de  
Gemerde, Ar(noldus) dictus de Campo, G(osuinus) de Mirlaer", milites, salutem et  
rei subscripte cognoscere veritatem.

Universitati vestre significamus quod, cum inter .. abbatem et conventum de Auer-  
badio ex parte una et homines in dominio de Helmert et maxime in villa de Suome-  
ren b constitutos ex altera super palude que dicitur Latbruk iuxta curiam de Sterkseled  
et lignis et pascuis eiusdem paludis, a terminis dictis Hogentenrade\* usque Honer-  
boem / , ab Honerboem usque Scoreken et a Scoreken usque Hogetenrade, et super  
aliis bonis que infra dictos terminos continentur dissentio orta esset super premissis,  
nos de speciali mandato domini Waited dapiferi Brabantie ac postmodum de pre-  
cepto domine ducisse, assumpto nobiscum scolteto de Buscho, de consensu partium  
super premissis inquisitionem fecimus diligenter, testium depositiones recipientes in  
forma ecclesie sub iuramento, partibus predictis convocatis et presentibus et con-  
sentientibus quod predicta inquisitio fieret ab hominibus qui in hac causa nee perdere  
poterant nee lucrari. Quod cum fecissemus, a duodecim viris vel circiter vicinis et  
fidedignis ac senioribus, qui in hac causa nee perdituri erant nee lucraturi, in rei in-  
venimus veritate curiam de Sterksele cum omnibus bonis infra terminos prescriptos  
existentibus cum omni proprietate esse ecclesie Auerbodiensis allodialiter et absolute,  
et nullum quicquam iuris habere in curia et bonis supradictis préter ecclesiam raemo-  
ratam.

In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris sunt appensa.

Actum in vigilia epyphanie, anno Domini M° CC0 LX° quinto.

Ego Arnoldus de Campo, cum proprium non habeo sigillum, usus sum sigillo  
scolteti de Buscho.

1266 mei 4 301

Aleidis, hertogin van Brabant, verklaart dat de abdij Averbode in het bezit en het gebruik van het Latbroek (bij de hof van Sterksel) moet worden gelaten, zo lang niet die van Someren hun rechten daarop hebben bewezen.

Aleidis Lotharingie et Brabantie ducissa universis présentes litteras visuris salutem et cognoscere veritatem.

Noverit universitas vestra quod, cum inter viros religiosos abbatem et conventum de Auerbodio ordinis Premonstratensis ex una parte et homines ville de Zomeren ex altera super quadam palude que dicitur Lattebruech" iuxta curiam de Stercsele et lignis et pascuis eiusdem paludis a terminis dictis Hogetenrade usque Honreboem , ab Honreboem 6 usque Scoreken et a Scoreken usque Hogete c ten rade, necnon super aliis bonis infra predictos terminos contentis dissentio suborta esset et materia questionis, nos de consensu partium dictarum super iure ipsarum in premissis per viros providos et honestos .. preceptorem de Ghemerthe, dominum Arnoldum dictum de C a m p o atque dominum Gosuinum de Myrl d , milites, diligentem fieri fecimus inquisitionem. Qua ab eisdem nobis remissa cartisque ac instruments super hoc confectis ex parte dictorum abbatis et conventus nobis exhibitis dictos homines de Zomeren pluries vocari fecimus ad pretendendum et proponendum ius suum super premissis, si quod haberent et si quid rationabile pretendere vellent, et intimari fecimus eisdem hominibus quod, sive venirent sive non, nos nichilominus ad terminationem dicti negotii cum iure procederemus. Qui homines nee comparuerunt sufficienter, nee quid rationabile super premissis pretenderunt. Inspectis igitur diligenter inquisitione predicta, cartis ac instrumentis prelibatis eisdemque examinatis statuimus et volumus ut predicti abbas et conventus predictis pacifice gaudeant bonis et fruantur iuxta suarum virtutem et tenorem cartarum, usque dum predicti homines de Zomeren rationabiles et efficaces ostendere possint rationes quare dicti abbas et conventus eici debeant a bonis predictis.

In quarum rerum testimonium sigillum nostrum presentibus litteris est appensum.

Datum anno Domini M° CC0 LX° sexto, in crastino inventionis sancte crucis.

1266 juni 8 303

Arnold van Beke, schout van 's-Hertogenbosch, stelt na gedaan onderzoek de abdij A verbode in het bezit van de goederen onder Sterksel.

Universis présentes litteras inspecturis Arnoldus de Beke scoltetus de Buscho ducis salutem in Domino.

N o t u m vobis facimus quod nos in presentia hominum ducis, scabinorum de Helmont ac aliorum quamplurium de speciali mandato domine ducisse et expresso mandavimus .. abbatem et conventum de Auerbodio gaudere et frui bonis suis de Sterksel 0 secundum tenorem privilegiorum suorum et secundum inquisitionem factam super eisdem bonis, inhibentes nichilominus omnibus aliis sub pena bonorum suorum ne quis de cetero predictos religiosos in premissis bonis présumât in aliquo molestare. In cuius rei testimonium cum sigillo nostro sigillum domini Gosuini de Myrl b militis, qui cum predictis hominibus ducis et scabinis interfuit huic facto, hiis litteris est appensum.

Actum anno Domini M° CC° LX 0 sexto, feria tercia ante festum beau Barnabe apostoli.

1269 januari 316

Willem, abt van Averbode, en de abdis van de Cistersinnen abdij te Roermond benoemen scheidslieden in hun geschil aangaande de goederen gelegen tussen hun curiae te Sterksel en te Heug ten.

W(illemus) Dei patientia abbas totusque conventus monasterii Auerbodiensis  
Premonstratensis ordinis et .." soror abbatissa totusque conventus monasterii beate  
Marie in Rormunde\* Cisterciensis ordinis omnibus presens scriptum intuentibus  
salutem et notitiam veritatis.

Noverint universi et singuli tam présentes quam futuri quod nos de causa habita  
inter nos abbatem et conventum Auerbodienses ex una parte et nos abbatissam et  
conventum in Rormunde ex altera coram officiali Leodiensi ratione quorundam  
bonorum iacentium inter curias nostras de Stercsele et de Hogthen ex alia parte aque  
versus curiam de Stercsele predictam, que quidem bona vulgariter sunt nuncupata  
Kemerken, et super omnibus aliis controversiis, querelis ac litibus quibuscumque usque  
in hodiernum diem ratione dictorum bonorum inter nos habitis, renuntiantes omni  
iuri tam canonico quam civili, in viros discretos, videlicet nos abbas et conventus  
Auerbodienses in dominum Henricum quondam decanum et dominum Michaelem  
canonicum ecclesie beate Marie Traiectensis a nobis electos, et nos abbatissa et con-  
ventus de Rormunde in viros discretos dominum Arnoldum de Eghthe et magistrum  
Danielem de Herthen investitos a nobis electos compromisimus et compromittimus  
tamquam in arbitrios et amicabiles compositores, promittentes fide corporali media et  
pena centum librarum louaniensium, illi parti que arbitrium dictum sive ordina-  
tionem ipsorum arbitrorum observaverit de nobis ab ilia parte que ab arbitrio resi-  
lient reddendarum. Inviolabiliter enim observabimus et observare debemus quidquid  
30 dicti arbitri super dicta causa de alto et basso et omnibus aliis causis ratione dictorum  
bonorum inter nos duxerint arbitrandum, statuendum sive etiam ordinandum. Pars  
per quam steterit quo minus in dicto arbitrio processum fuerit, penam incurrit  
memoratam, reddendam parti illi que dictum arbitrium observaverit arbitrorum  
predictorum.

Ut autem hoc verum sit, firmum et stabile, et quod dictis ordinationi et arbitrio  
dictorum arbitrorum stabimus, sigilla nostra presenti scripto duximus apponenda.  
um et datum anno Domini M0 CC° sexagesimo octavo, mense ianuarii.

1269 augustus [wschl 1-20] 318

Hendrik, gewezen deken, en Michael, kanunnik van O.L. Vrouw te  
Maastricht, alsmede Arnold en Daniel, investieten resp. van Echt en van  
Herten, scheidslieden in een geschil tussen de abdij Averbode en het  
Cisterdenserinnenconvent van Roermond, doen een uitspraak met be-  
trekking tot het gemeenschappelijk bezit en gebruik van het goed  
Kemerken (onder Sterksel).

#### Datering

Het voorbehoud in de onderhavige oorkonde gemaakt exceptis capris que in dictis  
pascuis non debent haberri nee nutritri nee custodiri, nisi partes predice in hoc 30  
concordant, kan er op duiden dat zij vóór de onder het volgende nr. geplaatste  
oorkonde is opgesteld. Blijkbaar is laatstgenoemde als een nadere regeling van het  
nog hangende vraagstuk te beschouwen.

Universis tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Henricus  
quondam decanus et Michael, canonici ecclesie beate Marie Traiectensis, Arnoldus  
de Echte et Daniel de Herten investiti salutem et cognoscere veritatem.  
Cum de causa que vertebatur inter .. abbatem et conventum Auerbodienses Pre-  
monstratensis ordinis ex una parte et abbatissam et conventum de Ruremunde ordinis  
Cysterciensis ex altera super bonis inter curias de Stercsele et de Hochtene iacentibus,  
que quidem bona vocantur Kemerkena, predicti abbas et conventus de Auerbodio in  
nos H(enricum) quondam decanum et M(ichael) canonicos predictos tamquam in  
arbitrios sive in amicabiles compositores, predicti vero abbatissa et conventus de  
Ruremunde in nos Ar(holdum) et D(aniele) investitos predictos tamquam in arbitrios  
sive in amicabiles compositores compromisissent, prout in litteris super hoc confectis  
et sigillis dictarum partium sigillatis plenius continetur, nos arbitri predicti iuris-  
peritorum communicato consilio arbitrando sive componendo concorditer pro-  
nuntiamus et ordinamus quod predicta bona ab illa parte aque versus curiam de  
Sercsele sita que vocantur Kemerken" imperpetuum erunt communia utrique curie,  
tam de Stercsele quam de Hochtene6, ad usum et ad pascua animalium qualium-

cumque exceptis capris que in dictis pascuis non debent haberi nee nutritiri nee custodi, nisi partes predictae in hoc concordent. Preterea ligna in bonis predictis non debent sueidi nisi manu communi, prout concordaverint magistri curiarum prediatarum. Et de graminibus metendis, falcandis sive vendendis idem per omnia fiet.

Iniuriatores sive impedidores, si qui forte forent, quod absit, in bonis predictis, communibus laborious et expensis deponent. Nichilominus si qua privilégia sive nova sive antiqua habentur, tarn ab ecclesia Auerbodiensi quam ab ecclesia Ruremundiensi, utrique ecclesie super predictis bonis erunt equaliter munimento.

In cuius facti robur et testimonium presenti scripto sigilla nostra duximus apponenda.

Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, mense augusti.

1269 augustus 20 319

Hendrik, gewezen deken, en Michael, kanunnik van O.L. Vrouw te 30 Maastricht, alsmede Arnold en Daniel, investieten resp. van Echt en van Herten, scheidslieden in een geschil tussen de abdij Averbode en de Cistercienserinnenabdij van Roermond, beslissen dat laatstgenoemd convent gedurende twee jaar geiten zal mogen houden in de curia van Heugten.

Universis presens scriptum visuris Henricus quondam decanus et Michael canonicus ecclesie beate Marie Traiectensis, Arnoldus de Ehte et Daniel de Herten investiti salutem et scire veritatem.

Cum ..a abbas et conventus Auerbodienses et .. abbatissa et conventus de Ruremunde super causa que vertebatur inter eos super quibusdam bonis in nos tamquam in arbitros vel amicabiles compositores compromisissent, super quibus arbitratii sumus prout in litteris super hoc confectis et sigillis nostris sigillatis plenius continetur, nichilominus arbitrando pronuntiamus 5 quod abbatissa et conventus de Ruremunde possunt et debent, si volunt, tenere capras per biennium in curia de Hochten c et eas custodire et nutrire in bonis ex ilia parte aque sitis que Kemerken vocantur. Preterea de dampnis predictis abbatisse et conventui de Ruremunde super detentione caprarum suarum a predictis abbate et conventu Auerbodiensibus illatis, conscientie domini abbatis Auerbodiensis relinquimus et in animam ipsius committimus infra festum omnium sanctorum predicta dampna sepedictis Ruremundiensibus restituenda.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo LX° nono d , feria tercia post assumptionem beate Marie virginis.

1285 [of 1286] april 10 413

Willem, heer van Horn en Altena, schenkt het patronaatsrecht van de kerken van Heeze en Leende aan het klooster Keizerbosch.

Universis présentes litteras inspecturis Wilhelmus dominus de Horne et de Althena salutem cum noticia veritatis.

Quoniam cursus temporis labilis et hominum memoria fragilis est, cautum est ea que geruntur in tempore, ne labantur, memorie commendare scripture.

Noveritis igitur universi quod nos ob nostre et animarum parentum nostrorum remedium et salutem ius patronatus ecclesiarum de Lende et de Hese cum suis pertinentiis religiosis personis priorisse et conventui de Keserbusch ordinis Premonstratensis conferimus presente et consentiente Wilhelmo primogenito nostro, et totaliter ius predictum transferimus in eosdem ab ipsis perpetuo possidendum, humiliter supputantes reverendo in Christo patri ac domino Iohanni Dei gratia Leodiensi episcopo quatenus in predictam translationem consentiens ipsam velit auctoritate ordinaria confirmare.

In premissorum testimonium sigillum nostrum presentibus duximus litteris apponendum.

Premisis interfuerunt ad hoc vocati et rogati viri nobiles Iohannes dominus de Kuke, dominus Otto de Malberg, dominus Walmannus capellanus noster, Vastradus

de Gissen, Henricus de Baxen, milites, Arnoldus de Steyne et Daniel de Gore, alii  
quam plures in monasterio supradicto.  
Datum anno Domini M° C°C° octogesimo quinto, quarto idus aprilis.

1289 mei 22 437

Reinier van Weert, deken van Maaseyck, Diederik van Roermond,  
kanunnik van St.-Kruis te Luik, magister Hendrik, cantor van O.L.  
Vrouw te Maastricht, en Engelbert, investiet van Hunself?), gekozen  
als scheidslieden in het geschil tussen de Cisterdenserinnenabdij te  
Roermond en de communitas van de villa Maarheze, beslechten dit  
geschil in dier voege dat de communitas haar vee zal mogen drijven  
over de curtis van Heugten gedurende dat deel van het jaar waarin het  
vee niet gehoed behoeft te worden, en dat de abdij door haar goed een  
dubbele sloot of omheining zal maken waartussen die van Maarheze  
hun vee gedurende de rest van het jaar tot Sterksel kunnen drijven.

Universis presentes litteras inspecturis seu audituris" Reynerus de Weerthfc investitus, Eykensis concilii decanus, Theodericus de Ruremunde sancte Crucis Leodiensis canonicus, magister Henricusc cantor beate marie Traiectensis et Engelbertus investitus ecclesie de Vuonzeled, arbitri seu arbitratores in causa seu discordia que inter religiosas personas abbatissam et conventum\* monasterii de Ruremunde Cisterciensis ordinis ex una parte et communitatem ville de Marnhese ex altera vertitur super quadam via quam dicta communitas se dicebat habere ad menandum pecora sua per allodium curtis de Hoechten, que est dicti monasterii, salutem et noticam veritatis.

Noveritis universi quod, cum super discordia que super via predicta inter dictas partes vertitur in nos predictos Reynerum et Theodericum ex parte dictarum abbatisse et conventus et Henricum \* et Engelbertum ex parte dicte communitatis electos tamquam in arbitros seu arbitratores extiterit compromissum, nos ad locum ubi predictam viam dicta communitas vendicabat partibus hinc inde presentibus personaliter accedentes, per confessionem singulorum dicte communitatis invenimus quod locus per quem dicta communitas viam sibi dicebat competere erat infra palos et terminos curtis de Hochten9, ad ipsam curtim spectans, quodque" ipsa curtis est allodium monasterii supradicti et quod ipsa communitas nichil iuris se dicebat habere nee habebat in dicto loco vel bonis ad dictam curtem spectantibus, nisi ius minandi pecora sua ad pascua per dictum locum illo tempore anni tantum quo iuxta consuetudinem terre illius prata non consueverunt custodiri de pecoribus et defendi, nee' alias licebit alicui existenti de dicta communitate pecora sua per dictum locum\* minare; dictis abbatissa et conventu asserentibus quod dicta communitas nullum ius habebat minandi pecora sua per locum predictum, quia allodium suum erat.

Nos igitur de consilio sculerti de Buscoducis ibi presentis et aliorum proborum expresse dictarum partium interveniente consensu, promittencium hinc inde sub pena viginti librarum lovaniensium, pro media parte domino loci, pro altera media parte (parti) ordinacionem nostram servant solvendarum, ordinacionem nostram servare ordinavimus" in hunc modum: quod dicte abbatissa et conventus fossatum facient vel sepem vel utrumque, quod fossatum seu sepem versus paludem sive silvam incipient in loco qui dicitur „ad siccum querum", que nunc ibi appareat, et ex utraque parte superius et inferius illius loci seu quercus directe extendetur seu extendentur quousque durat allodium dicte curtis, nee ultra illud fossatum seu sepem versus dictam curtem dicta communitas seu aliquis ex ilia aliquo tempore anni pecora sua minare vel aliquid iuris ibi" vendicare poterit vel debebit. Extra fossatum autem vel sepem versus Stercsele poterit dicta communitas pecora sua minare ad pascua per dictum locum illo tempore anni tantum, alias non, quando prata, ut dictum est, iuxta consuetudinem terre illius non consueverunt custodiri de pecoribus et defendi; et si secus facerent, possent magister dicte curtis vel nuncius suus pecora que infra dictum tempus exclusum infra allodium dicte curtis in dampno suo invenirent capere, quod dicitur schutten, et tenere donee eis de dampno dato quod dicitur schutrecht satisficeret" competenter sine contradictione dicte communitatis et illius cuius sic pecora detinentur qualibet et offensa.

Et durabit ista ordinacio, quousque Wilhelmus dominus de Cranendunck et de

Marnheeze', nunc minor, ad legitimos annos pervenerit, et ex tunc utraque parcium, si voluerit, ius suum in premissis, cui iuri per presentem ordinacionem in nullo preiudicare intendimus, prosequi poterit prout sibi visum fuerit expedire, extunc rémanente seu reversuro toto negocio quod inter predictas partes vertitur in eo statu sive statum quo ad proprietatem et possessionem in qua fuit ante ordinacionem presentem; iniungentes ipsis partibus quod, si aliquid dubii vel discordie super dicta ordinacione nostra ortum fuerit inter ipsas, quod ipse partes super hoc nichil invicem attemptabunt, sed nos eius declaracionem nobis totaliter reservamus.

Et hanc ordinacionem nostram dicte partes présentes approbaverunt et r aeeepta-verunt et expresse consenserunt in illam.

In cuius rei testimonium nos arbitri seu arbitraires, abbatissa et conventus predicti, domina de Cranendunck cuius sigillo nos dicta communitas utimur, et nos W(illem) dominus de Hörne nomine tutorio pro dicto W(illem)o domino de Cranendunck' sigilla nostra presentibus duximus litteris apponenda.

Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo LXXX nono, undecimo kal. iunii'.

1291 december 29 468

Jan I , hertog van Brabant, gelast zijn schout van 's-Hertogenbosch op te treden tegen degenen die de goederen van de abdij Averbode onder Sterk sel aantasten.

Iohannes Dei gratia dux Loth(aringie), Brabantie et Lymburgie .. sculteto suo de Busco ducis et omnibus sub eo iusticiariis gratiam suam et omne bonum.  
Religiosi viri nobis sincere dilecti .. abbas et conventus de Auerbodia" nobis graviter conquerendo monstrarunt quod quidam malefici in bonis ad curtem suam de Stercsele spectantibus, videlicet in pascuis et memoribus suis ibidem, iniurias eisdem inferre et molestias non verentur. Unde, cum nos dictos religiosos cum bonis suis in nostra protectione susceperimus et ipsos contra iniuriatores defensari velimus, vobis .. sculteto et iusticiariis nostris predictis nunc existentibus et in posterum futuris, qui super hoc requisiti fueritis, firmiter precipiendo mandamus quatenus inhibeatis omnibus et singulis firmiter et districte ne quis eisdem religiosis in memoribus et pascuis predictis dampnum aliquod inférat seu gravamen.

Si quis vero contra huiusmodi inhibitionem venire presumpserit, illum ut dictis religiosis dampna illata restituât et nobis emendam prestet condignam, firmiter arceatisb.

Datum anno Domini M0 CC° nonagesimo primo, in crastino sanctorum innocentum.

1292 austus 28 484

De abt van Averbode draagt aan het convent van Keizersbosch verschillende inkomsten over (waaronder die van de kerken van Heeze en Leende).

Universis Christi fidelibus présentes litteras inspecturis Iohannes Dei patientia .. abbas Auerbodiensis, ordinis Premonstratensis, salutem in omnium salvatore. Universitati vestre cupimus fore notum quod nos de consilio et consensu fratris Henrici .. prepositi, .. priorisse, .. suppriorisse et tocius conventus de Keyserbosch redditus ad pitantium dicti conventus de Keyserbosch et etiam ad custodiam dicti cenobii pertinentes", ne in posterum super hiis alicui ambiguitas oriatur, prout infra patebit decrevimus declarare, videlicet assignando dicto conventui ad pitantium a sacerdote de Rocgel dimidiā marcam, de domino Godefrido felicis memorie, dicto de Halen, milite, quatuor solidos coloniensium, a Godefrido de Ophouen quinque solidos coloniensium, item a Gerardo de Hamseem quinque solidos et sex denarios, item ex parte Reynoldi de Nonheym tres solidos coloniensium, sumendos a conventu ecclesie sancte Elyzabet, in Rocgel viginti et octo denarios coloniensium et duas gallinas, tres marcas recipendas in décima ecclesie de Nuhey in hunc modum, scilicet unam marcam pro qua comparanda dictus conventus de Keyserbosch recepit a

domina Gertrude pie memorie dicte 5 de Halen decern marcas, dimidiam marcam in anniversario Rodulphi de Roda, dimidiam marcam (in anniversario) c matris domini de Baxen et terciam marcam in anniversario domine Agnetis domine de Hörne, adiecto quod refectorium iam dicti conventus obtinebit quicquid superfluum fuerit de décima ecclesie de Nonheym pre fa te tribus marcis iam recitatis persolutis; condicionato etiam quod agri pertinentes ad decimam ecclesie de Nunheym quos conventus antedictus nunc coli facit suis aratis, laboribus et expensis absoluti erunt a décima persolvenda. In anniversario quandam sororis nostre domine Margarete, quandam priorisse, duo maldra siliginis que recipientur in Haien de bonis Botz et in quatuor sollempnitatibus beate Marie virginis novem solidos sterlingorum et octo denarios, quos procuravit conventui Margareta predicta, quos solvet.. prepositus qui pro tempore fuerit annuatim. Item quatuor maldra siliginis de bonis dictis Eylzen, de quibus tarnen quatuor maldris Bertradis begina quolibet anno quoad vixerit percipiet unum maldrum, et in Rinekensvoert unum maldrum. Item in anniversario Gerlaci de Hoerne quatuor solidos, in Gertrudis uxoris sue anniversario quatuor solidos, item in anniversario domini Godefridi de Halen militis quinque solidos sterlingorum, qui tredecim solidi debent annuatim recipi apud Werte. Et etiam in anniversario Henrici dicti de Nattan sex denarios sterlingorum. Insuper omnes fructus et proventus ecclesiarum de Hese et de Leende, Bucgheneem, Halen et de Helden ad pitantiam dicti conventus assignamus salva tarnen presbiteris in eisdem ecclesiis celebrantibus portione competenti. Verum ad custodiam sepiusdicti conventus de Keyserbosch assignavimus redditus infrascriptos, scilicet in Ymlo tres solidos, a Gerardo sacerdote filio Rutgeri de Kessel sedecim denarios colonienses, ab Henrico dicto Ledeghe et a Gerardo de Hese undecim denarios colonienses et tres libras cere tam a Mathia de Rocgel quam a Godefrido de Ophouen persolvendas. Et ipsa custodia habet petiam terre arabilis dicte Trudenlant. Unde ut premissa omnia et singula rata permaneant et inconvulsa, presentem paginam nostri sigilli necnon .. prepositi et conventus supradictorum sigillorum munimine duximus roborandam.

Datum in die beati Augustini, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo secundo.

1292 augustus 485

Abt en convent van Averbode enerzijds en abdis en convent van Roermond anderzijds besluiten de overeenkomst d.d. augustus 1269 (zie nr. 318) over het gemeenschappelijk gebruik van het goed Kemerken tussen Heugten en Sterksel te wijzigen in die zin dat dit gemeenschappelijk goed wordt verdeeld.

Universis présentes litteras inspecturis I(ohannes) Dei pacientia .. abbas totusque conventus de Auerbodio Premonstratensis ordinis necnon et .. E(lisabeth)0 abbatissa et .. conventus beate Marie in Ruremunde Cysterciensis ordinis, monasteriorum Leodiensis dyocesis, salutem et cognoscere veritatem  
Quoniam secundum varietatem rerum et temporum quedam eorum, utiliter etiam ut tunc acta sunt, variatis rebus et temporibus aliquotiens expedit variare, licet olim inter nos hinc inde super bonis inter curtes nostras de Stercsele et de Hoghten b que Kemerken vulgaliter nuncupantur et extenduntur usque ad molendinum de Hogthen a parte aque defluentis ab ipso molendino, illa parte videlicet aque in qua dicta curtis de Stercsele est sita, iacentibus et in silvis, pascuis, pauidibus consistentibus quedam compositio intercesserit prout in instrumento) quod sequitur continetur: (volgt de tekst van de oorkonde van augustus 1269, zie hiervóór onder nr. 318), experientia tarnen, que magna rerum magistra est, nos docente efficaciter, attendentes quod ratione dictorum bonorum ad nos iuxta dicte compositionis formam communiter sic spectantium frequenter inter nos et incolas curtium predictarum discordia suscitatur ex eo quod in dictorum bonorum communiter resecandis lignis, utendis pascuis et graminibus defalcandis equali non possimus moderamine proportionaliter concordare, matura deliberatione prehabita et utilitate monasteriorum nostrorum ac pace incolarum predictorum hinc inde pensata dictam compositionem decernimus quo ad illud quod sequitur variare, in hoc scilicet de conventuum nostrorum et singulorum de conventibus voluntate convenientes unanimi et expresso consensu quod nos dicta bona

divisimus tali modo: videlicet quod dictorum bonorum pars media que versus curiam de Stercsele iacet inferius ad ipsam curtem de Stercsele et monasterium Auerbodiense, altera vero medietas que versus molendinum de Hogthend predictum iacet superius ad ipsam curtem de Hogthen et ad .. abbatissam et .e conventum predictos imperpetuum libere et integre pertinebit, et utraque curtium predictarum suam partem sepibus et fossatis munire et eadem in lignis, pascuis, graminibus et aliis fructibus uti fruie libere poterit tamquam propriis suis bonis, prout sibi placuerit et videbitur expedire. Verum quia equo moderationis rei divise libramine compensato dicta curtis de Hogthen ex divisione predicta maius commodum et utilitatem consequitur pinguiorem, in recompensationem 7 tanti commodi et utilitatis huiusmodi nos dicte .. abbatissa et .. conventus de Ruremunde' octo libras cere ponderis usualis ville de Dyste quod parva libra dicitur memoratis .. abbatii et .. conventui Auerbodiensibus persolvemus apud dictam curtem de Stercsele in festo beati Remigii annis singulis imperpetuum pacifice ïo et quiète, et ad solutionem huiusmodi faciendam nos dicte .. abbatissa et conventus dictis .. abbatii et ..g conventui remanebimus ex causa predicta imperpetuum obligate, salvis dictis .. abbatii et ..g conventui instruments a domino .. duce Brabantie et ab aliis quibuscumque super premissis bonis habitis et qualibuscumque litteris super eisdem confectis, quas per predictam' divisionem violari nequaquam intendimus, sed suppleri; volentes ut exnunc perpétue inter nos fraternitas orationum ac benefactorum omnium que in monasteriis nostris fient decetero caritativa communio, quam nobis pro affectu, de omnipotentis Dei confisi misericordia, mutuo indulgemus, in eternum fideliter observentur.  
In cuius rei testimonium nos predicti .. abbas e t .. conventus ac .. abbatissa e t .. a conventus supradictive sigilla nostra presentibus duximus litteris apponenda.  
Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, in mense augusto.

1294 april 18 508

Jan I, hertog van Brabant, bepaalt dat Schepenen van Heeze en Leende voortaan hof vaart zullen hebben op 's-Hertogenbosch.

Nos Iohannes Dei gratia dux Lotharingie, Brabantie et Lymburgie notum facimus universis quod nobis placet et de nostra procedit specialiter voluntate ut scabini de Leende et de Hese super suis sententiis et negotiis ad vos .. scabinos nostros de Busco tanquam ad eorum capud 0 recursum de cetero habeant et respectum.  
Datum anno Domini M° CC0 nonagesimo quarto, in die sancto pasche.

1298 mei 571

Jan II, hertog van Brabant, neemt de abdij Averbode onder zijn bescherming en bevestigt haar in het bezit van haar goederen en rechten (waaronder te Sterksel, Culutsrode en Tulden).

Iohannes Dei gratia dux Lotharingie, Brabantie et Lymborgie .. universis présentes litteras visuris perpetuam rei geste memoriam.  
Noveritis quod viros religiosos nobis dilectos .. abbatem et conventum ecclesie Auerbodiensis, Premonstratensis ordinis, cum eorum bonis et personis suscepimus et suscipimus sub nostra tuitione et protectione ac bona eorum infrascripta, videlicet Testelt, Messelbuc cum pratis, pascuis, nemoribus, aquis, molendinis, usuagiis, iurisdictionibus cum pertinentiis omnibus eorundem, item curtem de Wahanges, censem in Louanio et in Thenis cum eorum domo ibidem, Lumele, Vriseputte, Sterksele, Bladersdonc, Culincrode, Tuldele, Aele et Verle, cum. censibus, iurisdictionibus, iuribus et pertinentiis omnibus et singulis premissorum; item bona eorum in Wemale, in Balneskeeps, cum decimis maioribus, minoribus, novalibus et antiquis et omnibus pertinentiis eorum memoratis .. religiosis incorporamus et confirmamus; concedentes, volentes et mandantes universis et singulis iusticiariis et hominibus

nostris quatinus dictos .. religiosos in personis, bonis et iuribus eorum prelibatis  
contra quoscumque libere protegant et defendant, ut ipsi cum suis bonis absque  
exactione, thelonii seu winagiis per totam terram nostram liberum habeant transitum  
securum.

et

In quorum munimen perpetuum sigillum nostrum presentibus est appensum.  
Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, mense maio.

1300 februari 589

Jan II, hertog van Brabant, neemt de abdij Averbode onder zijn bescherming en bevestigt haar in het bezit van al haar verkregen goederen (waaronder Sterksel).

Nos iohannes Dei gratia dux Lotharingie, Brabantie en Lymburgie universis  
presentes litteras inspecturis notum facimus quod nos viros religiosos .. abbatem e t ..  
conventum ecclesie Auerbodiensis tarn in personis quam ecclesiis et bonis eorundem  
sub nostre suscipimus protectionis defensione, approbantes et ratificantes alienationes,  
permutationes et collationes bonorum eis factas, necnon et confirmantes eisdem  
ecclesie et .. religiosis omnia et singula bona sua que habent et possident in Testelt,  
in Misselbuch, in Wahanges, in Stercsele, in Lumele cum quinquaginta bonuariis  
mirice ibidem que eis contulimus, iacentibus iuxta viam que venit de Exchele versus  
Lumele, domum cum fundo apud Mienchele eis collatam in Baenleskeps cum agri-  
cultura eorum ibidem et cetera bona sua cum iuribus et pertinentiis eorum omnibus  
et singulis in nostro sita dominio et districtu.

Insuper volumus quod dicti .. religiosi" censem suum recipient in tali moneta cum  
qua recipimus censem nostrum, precipientes omnibus .. scultetis et iusticiariis nostris  
quatenus dictos .. religiosos in dictis bonis suis libere protegant et defendant.

In quorum testimonium et robur perpetuum eisdem religiosis litteras presentes  
contulimus sigilli nostri munimine roboratas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, mense februario.

1301 januari 608

Jan II, hertog van Brabant, ontslaat de abdij Aver bode van de herberg-  
p licht op haar hof te Wahanges, en bevestigt haar in het bezit van haar  
allodium Sterksel, waarover hij zich alleen de voogdij voorbehoudt.

Nos .. iohannes Dei gratia Lotharingie, Brabantie ac Lymburgie" dux notum  
facimus universis quod, cum viros religiosos nobis dilectos abbatem et conventum de  
Euerbodiob ordinis Premonstratensis tam hospitum receptione quam elemosinarum  
largitione necnon pluribus gravaminibus neverimus oneratos, ipsique nichilominus  
multociens nobis servierint iideliter et grataanter, nos eisdem subvenire ac de pre-  
missis que pro nobis fecerint remunerationem seu recompensationem facere cupientes,  
nomine recompensationis et restitutions eorumdem tam ex nostri quam aliorum  
quorumcumque parte hospitum receptionem in curte ipsorum, videlicet de Wahinges  
ac suis pertinentiis, ipsis abbatii et conventui predictis et eorum successoribus inper-  
petuum remittimus exnunc et indulgemus, quitantes eos bona fide et eorum curtem  
predictam cum suis pertinentiis super hospitum receptione predicta.

Preterea allodium ipsorum in quo quedam curtis que vocatur Sterckseled sita  
consistit, a termino qui dicitur Hoghetenraede e usque ad terminum dictum Honre-  
boem / et a Hoenreboem / usque Scoerken et a Scoerken usque Hoghetenraede,  
sicut rivus dividit ibidem, cum pertinentiis bonorum eorumdem omnium et singulorum

predictis religiosis et eorum successoribus in perpetuum tenore presentium confirmamus, ita quod de ipsis bonis suam possint voluntatem libere facere, commodum et profectum.

Concessiones seu confirmationes predecessorum nostrorum super his confertas approbamus et ratificamus, ipsam curtem de Stercsele" cum omnibus bonis infra dictos terminos iacentibus eorum nobis solummodo advocacia retenta sub nostra protectione et tuitione libera suscipiendo. Quapropter mandamus et precipimus omnibus et singulis nostris iusticiariis quod' sepedictos religiosos in possessione 5 dictorum bonorum de Stercsele<sup>7</sup> cum suis pertinentiis in perpetuum tueantur et conservent pacifiée et quiète.

In quorum omnium testimonium et munimen sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Datum anno Domini M0 CCC°, mense ianuario.

1301 juli 2 617 Brussel

Jan II, hertog van Brabant, stelt een schepenbank in te Someren met 20 hofvaart op "s-Hertogenbosch, en stelt tevens enige rechten en verpflichtingen der inwoners vast.

Universis présentes litteras inspecturis nos Iohannes Dei gratia dux Lotharingie, Brabantie et Limburgie notum facimus quod nos hominibus nostris de Someren concessimus et concedimus ut ipsi temporibus perpetuis septem habeant scabinos apud Someren, quorum institutio ac destitutio" ad nos et ad nostros pertinebunt successores et heredes, quociens et quandocumque viderimus<sup>5</sup> expedire, et quod iidem nostri homines per sententiam dictorum septem scabinorum de his de quibus tractandi fuerint pertractentur.

Scabini quoque suum habeant caput ad scabinos nostros apud Buscum.

Qui nostri homines ab omni exactione, tallia et precaria nobis et nostris successoribus et heredibus persolvendis liberi erunt et exempti. Nobis tamen et nostris successoribus predicti nostri homines ad servitia et subsidia subsequentia, videlicet peregrinationis transmarine c , expeditionis domini nostri domini Romani regis et communis expeditionis terre nostre, nuptiarum nostrarum et nostrorum d liberorum ac infortunii nostre captivitatis ac nostrorum successorum et heredum - quam Deus avertat a nobis - imperpetuum teneantur obligati.

Concessimus insuper eisdem et per présentes conferimus ut ad solutionem triginta librarum nigrorum turonensium hereditarie annuatim in festo beati Iohannis Baptiste, quas nobis et nostris heredibus homines nostri predicti debent et solvere tenentur pro premissis, quicumque e communitate quam iidem nostri homines erga nos acquisierunt perfruuntur / , et etiam ad censem annum et hereditarium nobis debitum (et) prelevum\* communitatis eiusdem teneantur proportionabiliter obligati; mandantes nostris iusticiariis loei presentibus et futuris ut contradictores et rebelles, si qui fuerint in premissis, coerceant et compellant ad solutionem faciendam, prout superius est expressum.

In quorum testimonium et munimen sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

Datum Bruxelle, dominica post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo tricentesimo primo.

1302 november 30 635 Brussel

Jan II, hertog van Brabant, geeft aan het klooster Postel toestemming een windmolen te bouwen in Someren tegen een vergoeding van 4 mud rogge 's jaar s.

Universis présentes litteras visuris et audituris .. Nos Iohannes Dei gratia dux Lotharingie, Brabantie et Limburgie notum facimus quod nos domui de Postela et provisoribus eiusdem qui nunc sunt vei pro tempore fuerint concessimus,

concedimus et conferimus hereditarie ut ipsi unum molendinum venti facere possint et edificare in parrochia de Zomeren pro quatuor modus siliquinis pagabilis, nobis et nostris successoribus et heredibus ab ipsa domo de Postula et suis semper provisoribus annis singulis imperpetuum in festo beati André apostoli persolvendis, locum dictum molendinum statuendi, ubi dictis domui de Postula et provisoribus eiusdem visum fuerit expedire, et ventum ad hoc conferentes. Ceterum concessimus eisdem domui de Postula et provisoribus eiusdem quod nullus infra dictam parochiam de Zomeren aliquod venti molendinum construere potent nee edificare, nisi hoc de consensu predictorum domus et provisorum eiusdem processerit et voluntate.  
Datum Bruxelle, in die beati André apostoli, anno Domini millesimo tricentesimo secundo".

1303 januari 636

Engelbert van Hom, proost en aartsdiaken van het Domkapittel te Utrecht, als scheidsman gekozen in het geschil tussen het klooster Keizerbosch en Gerard van Horn betreffende het pair onaatsr echt van de kerk van Heeze en Leende, wijst dit recht aan het klooster Keizerbosch toe.

#### Diplomatische beschouwing

De copia authciitica, door Stanislas Jor is, Norbertijn van Averbode, gebruikt voor zijn Liber continens litteras fundationum, donationum privilcgiorumque parthenonis S. Nycolai in Keyzerbosch, is thans onvindbaar en ging vermoedelijk kort na 1875 (in Deurne?) verloren. Enige reserve is geboden t.a.v. de authenticiteit van deze oorkonde. Op 10 april 1285 (of 1286) had immers Willem van Hom, de vader van Gerard, het patronaatsrecht van de kerken van Heeze en Leende aan Keizerbosch afgestaan (zie hiervóór nr. 413), zodat aangaande dit recht geen twijfel kon bestaan. Overigens is de inhoud onverdacht, en de in de oorkonde genoemde personen hebben in deze tijd geleefd.

Religiosis ac in Christo devotis dominabus priorisse et conventui de Keiserbosch ordinis Premonstratensis Engelbertus de Home propositus et archidiaconus maioris ecclesie Traiectensis salutem in Domino sempiternam.  
Cum inter vos et dominum Gerardum dominum de Hörne, fratrem nostrum, altercatio esset super iure patronatus ecclesie de Leende et de Hesen, ad quem scilicet collatio seu presentatio dicte ecclesie debeat pertinere, vosque in nos commiseritis ex una parte et dictus frater noster ex altera super iure patronatus predicto tamquam in arbitrum arbitratorum seu amicabilem compositorem, nos cupientes inter vos et fratrem nostrum predictum omnem occasionem discordie et alterationis amovere, dictum arbitrium seu amicabilem compositionem in nos suscepimus, sententialiter dicentes ius patronatus dicte ecclesie et collationem et presentationem eiusdem in perpetuum ad vos pertinere debere, hoc adiecto quod hac vice dictam ecclesiam, per liberam resignationem seu acceptationem eure ecclesie de Wyertt domini Ioannis quondam in dicta ecclesia de Leende investiti nunc vacantem, Ioanni filio Ioannis de Kessele confertis0 seu ipsum presentabitis ad eamdem.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Datum anno Domini M CCC secundo, feria quinta post epiphaniam.

1305 augustus 1 695

Willem, heer van Cranendonk, en zijn vrouw Elisabeth, als scheidslieden aangezocht in het geschil tussen het Cistercienserinnenklooster van Roermond en de gemeente van Maarheze over het recht van veedrift langs de weg die leidt door de aan het klooster toebehorende hof Heug-

ten, verklaren als uitspraak dat het klooster een gracht of omheining zal maken waarbinnen de lieden van Maarheze hun vee niet zullen mogen drijven.

Universis présentes litteras inspecturis Wilhelmus dominus de Cranenduncke 0 et Elisabeth0 consors eius légitima salutem et cognoscere veritatem.

Ad universitatis vestre noticiam c deducimus per présentes quod, cum inter nos et communitatem ville de Marnheezed ex una parte et religiosas personas abbatissam et conventum de Ruremunde ordinis Cisterciensis ex altera super quadam via, quam dicta communitas se dicebat habere ad minandum pecora sua per allodium curtis de Hoechden e , que est dicti conventus, discordia verteretur, nos ad locum ubi predictam viam dicta communitas vendicabat partibus hinc inde presentibus personaliter accedentes, per confessionem singulorum dicte communitatis invenimus quod locus per quem dicta communitas viam sibi dicebat competere erat infra palos et terminos curtis de Hoechten ad ipsam curtem spectans, quodque ipsa curtis est allodium conventus predicti et quod ipsa communitas nichil iuris se dicebat habere nee habebat in dicto loco vel bonis ad dictam curtem spectantibus nisi ius minandi pecora sua ad pascua per dictum locum illo tempore anni tantum quo iuxta consuetudinem terre illius prata non consueverunt custodiri de pecoribus et defendi, nee alias licebat alicui existenti de dicta communitate pecora sua per dictum locum minare, dictis abbatissa et conventu asserentibus quod dicta communitas nullum ius habebat minandi pecora sua per locum predictum, qui allodium suum erat.

Nos igitur de consilio fidei dignorum expresso, dictarum partium interveniente consensu, promittentium 9 hinc inde sub pena viginti librarum lovaniensium, pro media parte nobis tamquam domino loci, pro altera media parte (parti) /; ordinationem seu diffinitionem nostram servanti solvendarum', ordinationem nostram seu diffinitionem servare, ordinavirnus\* et statuimus in hunc modum, videlicet quod dicta abbatissa et conventus fossatum facient vel sepem aut utrumque. Quod fossatum vel sepes versus paludem sive silvam incipiet in loco qui dicitur ad siccum querum, que nunc ibi apparet, et ex utraque parte superius et inferius illius loci seu quercus directe extendetur seu extenderunt quousque durat allodium dicte curtis, nee ultra illud fossatum seu sepem versus dietam curtem dicta communitas seu aliquis ex illa aliquo tempore anni pecora sua minare vel aliquid iuris ibiz vendicare poterit vel debebit.

Extra fossatum autem vel sepem versus Sterksele" poterit dicta communitas pecora sua minare ad pascua per dictum locum illo tempore anni tantum, alias non, quando prata, ut dictum est, iuxta consuetudinem terre illius non consueverunt custodiri de pecoribus et defendi. Et si secus facerent", possent magister dicte curtis vel nuncius suis pecora que infra dictum tempus exclusum infra allodium dicte curtis in dampno suo invenirent capere, quod dicitur schutten, et teuere donee eis de dampno illato, quod dicitur schutrecht0 per omnia satisficeret competenter, sine contradictione dicta communitatis et illius cuius sic pecora detinentur qualibet et offensa.

Niilli ergo hominum liceat hanc nostram ordinationem seu diffinitionem infringere seu ei" ausu temerario contraire. Si quis autem hoc fecerit, nostram indignationem et dictam penam se noverit incursum.

In quorum omnium testimonium presentem paginam pro nobis" et nostra communitate predicta nostro sigillo proprio una cum nobilis viri sigillo domini Gerardi domini de Huerne" et de Altena duximus roborandum.

Datum anno Domini millesimo trecentesimo quinto, in exitu mensis augusti.

1306 juni 28 718

Opdracht om de pastoors van een aantal kerken (waaronder die van Leende), die van het klooster Keizerbosch afhankelijk zijn, te Luik voor het gerecht te dagen.

, , . in hac parte commissa, quam vobis volumus exhiberi, vobis districte pre-  
cipiendo mandamus quatinus citetis peremptorie coram nobis Leodii investitos eccl-  
esiistarum de Lenden, de Helden, de Buggenhem, de Nunheim, de Halen, de Roggel et  
omnes qui de ipsis ecclesiis et earum pertinentibus sua crediderint interesse ad diem  
competentem, quem lator presentium vobis nominabit, ad videndum publicationem  
inquisitionis auctoralis0 reverendi patris domini Th(eobaldi) Dei gratia Leodiensis

episcopi super gratia sedis apostolice ordini Premonstratensi et conventui monasterii de Keserbusch ab eadem sede concessa in ecclesiis supradictis et ad procedendum ulterius in eodem negocio secundum traditam a dicto domino episcopo nobis formam, et nobis, quid de premissis feceritis, rescribatis, ita quod in hiis exequendis alius alium non expectet.

Datum anno Domini M° C°C°C° sexto, in vigilia apostolorum beatorum Petri et Pauli.